



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentiaæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXI. Perpetua vini appetentia & sitis quasi continua, caussantur abs  
Temulentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

78 FRIDERICI FORNERI LIB. I.  
nam & eam ob causam, carnibus olim taurinis in  
fronte, Bacchus pingebatur.

## C A P V T X X I .

Perpetua vini appetentia, & suis quasi continua  
caussatur à Temulentia.

Hydropicus  
simileste.  
mulesti.

A Qua intercute, aut febribus calidis aestuantes,  
graui perpetuacq; siti anhelant. potum eis por-  
rigas, degustent, & quantum libet bibant, vix cyathū  
ore amoueris, potū reperent, potum ingeminabunt,  
inflammata sitim causantes. Tales quoq; sunt temu-  
lenti, & haud minus: nam vini voluptas, perpetuam  
in illis bibendi auditatē excitat. qui sic? vinū bibere,  
breuissima voluptas est, & spaciū organi, quo per-  
cipitur, nēpē gutturis, quatuor vix digitorū; tempus  
verò quo durat, vix totidem momentorū, adeò ve-  
rum quod Democritus ait: Qui ventris voluptates se-  
quuntur, edendo & potando, breue omnino delectatio-  
nis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt &  
bibunt; curae verò ac tristitia multæ sequuntur; semper in  
earundem rerum desiderio torquentur, & cùm qua ap-  
petunt nacti fuerint, voluptas confessim transit, cùmni-  
hil in se boni, quām momentaneam titillationem habeat.

Apud Stob.  
Jerm. 18. de  
incōtinēt.

Temulen-  
torum suis  
unquam  
sedabilis.

Lib. 12. na-  
tur. hist.  
cap. 22.  
Collū grū  
belluo qui-  
dam sibi  
exoptabat.

Erasm.  
Apoph. li. 7

Itaq; mox rursus iisdem indigent, eademq; appetunt &  
desiderāt. Et rectè Plinius: Hæc necessitas ebrietatis vi-  
tium comitatur, vt bibendi consuetudo augeat auditā-  
tem. vnde cùm famosus quidam helluo interroga-  
tus esset, qd quām maximè sibi in votis esset? Opta-  
rem, respondebat, natura mihi longissimū guttur, gruis  
instar dedisset, vt diutiusculò vini sapore sentire possem.  
non multum huic absimilis erat, Stratonicus quidā  
Atheniensis, & dictis festiuus, & Musica celebris cy-  
tharœdus, is cubitum concessurus, assidue iubebat  
puerū sibi præbere vinū, Non quod sitiam, inquiens,

sed ne-  
ni cup-  
posse  
que d-  
entes.  
tur. Pa-  
bant.  
Parth-  
coſuet-  
pula v-  
denti-  
libera-  
bitū, v-  
ad mi-  
dé fec-  
ta, q̄ ta-  
poit, i-  
it. Er-  
prou-  
haud  
iūsm.  
Chry-  
tur, se-  
& in-  
dem e-  
ebrie-  
pulc-  
inqu-  
arden-  
rentib-  
nente-  
ora, &  
scune-  
quite-  
sed

sed nefitiā. Dionys. minor teste Alexandro, tanta vi- *Lib. 5. Ge-*  
 ni cupiditate flagrabat; vt exaturari haud vñquam nial. Dien.  
 posset; qua ex causa, nonnunquā ad nonagesimū vs. *cap. 21.*  
 que diē, ebrius perseuerauit in crapula, vnde cecuti-  
 entes, vinosos, ac turbidos oculos, nactus perhibe-  
 tur. Parthi similiter bibendo gloriam aucupari sole-  
 bant. de quibus scitū illud Plinii: *Quantò plus bibunt Lib. 4. c. 11.*  
 Parthi, tanto plus sibiunt: auget n. bibendi cupiditatem & Guido  
 cosuetudo. Quendā & ego noui, q̄ quotiescunq; cra-  
 pula vacuus erat, grauiissimos dolores capit, & ar-  
 dentissimā fīrim patiebatur, ergo vt hac se molestia  
 liberaret, pharmacū eiusmodi, semper in prōptu ha-  
 bitū, vñsurpabat. sūmo mane potitare inchoabar, vñsq;  
 ad multā noctē, id palæstræ genus cōtinuando, eun-  
 dē sequenti die viuendi ordinē, ac deinceps tota vi-  
 ta, q̄ tamen breuissima, tenebat: nam non ita multō  
 pot, inter pocula ebrius, apoplexia subitanea inter-  
 iit. Erat hic sanè & πιθατός, quod Græcis in  
 prouerbio est, *inxpleibile, inquā, dolium,* cuiusmodi  
 haud dubiè passim est inuenire. Optime itaq; de hu: *Homil. 28.*  
 iusmodi aridis, atq; inflammati faucibus, S. Ioannes *in Genesim.*  
 Chryloftomus: Nā ebrietati vacantes nunquā satian-  
 tur, sed & quantū ingurgitant, tantum & siti flagrant,  
 & inflamatio quædam eis est: vini vñsus & voluptas qui-  
 dem euanescent; sitis autem inexplabilis, in præcipitum  
 ebrietatis, eos qui illi seruiunt, deducit. quā verò id fiat,  
 pulchrè disserrū à Dino Basilio. Tumescit eis, ebriosis *Quomodo*  
 inquā, corpus, oculi humoribus prægrauantur, ora siti *perpetua*  
 ardentia, fauces cōtinuo siccæ. nā sicuti valles donec tor- *sin ex E-*  
 rentib. inundantur, plenæ esse videntur; vñda verò desi- *brietate*  
 nente statim siccæ vacuæq; remanent; sic & vinolentorū *Homil. de*  
 ora, vino & potatione duratibus exaturantur, ac made- *ebriet. &*  
 scunt, paulo post cōtinua siccitate laborat: *Ex quo ad fre-*  
 quenter bibendum inuitantur, vnde humor naturalis amit-  
 iuitur. hec Basil. Male ergo, vt D. Ambros, verbis utar,

domine seruitur gula, quæ semper expetit, & nunquam expletur, quid enim insatiabilius ventre? hodie suscipit cras exigit.

Id apud me ratum est, tametsi conditione mancipium fores, eum tibi non essem vñquam herum optatus, qui nullo tuo sibi præstito, contentus es: obsequio, sed plura semper inexplebili cupiditate expeteret. cur ergo te huic Ebrietatis Tyrannidi subiicias? si tibi forte vini seruitus, non tam turpis, ut illa videatur: at vide ne iudicio tuo decipiaris. ex illa omni flagitio carere potest; hæc nunquam.

## CAPVT XXII.

*Iurgia, lites, & vulnera è Temulentia oriri solita.*

**H**abet & hoc, vini affluentia, vitium secuta, vi calore suo bilem homini sæpè ob lanam caprinam aut asini umbram moueat, iracundiam prouocet, tragœdiarum scenas appetit, litigii materiam struat, & quasi somitem illicet accendat.

**Lib. 2. Sa-** Nam sicut in precipitio stantem, ait pulchrè Macrobius, vel leuis tactus impellit: Ita vino vel infusum, vel aspersum, parvus quoq; dolor incitat in furorem. atque id non solum ipsiusmet malo, qui temulentus hoc patitur, verum etiam inter Symposiarum congeriones ciendo turbas ac rixas. Cum enim arcana quæque temulentus effutiat, nihil cogitans, nihil curans, nihil veritus, an hunc vel illum prouocet, offendat, feriat, lædatue, sit, ut alter in suam id rapiat iniuriam dictum; tutando se itaq; ac vim vi repellendo, contumeliosè iactatum verbum, in authorem retorqueat, quo illi crabrones irritantur magis, & intus latentēs irarum hammar fortius erumpunt:

**Mod9, quo  
à Temu-  
lentis rixa  
cieri so-  
lent.**